

~~G. W. H. J.~~

EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

17-52.

SIGNAT. clvcccxiii.

75 22.  
HORÆ TURCICO.  
CATECHETICÆ,

Sive

Institutio brevis Catechetica,

cujusdam Turcæ circumcisis

STOCKHOLMIÆ

verò in SVECIA,

*Anno Salutis reparatæ M. DC. LXXIII.*

*Die 31. Julii conversi,*

atque ibidem in Templo majori Svecano  
publicè & solenniter baptizati;

Catechistâ

M. JOHANNNE HERBINIO,


Scholæ Germanorum Stockholmiensis  
tum temporis Rectore.

Cujus Scripti rationes præmissa ad venerabiles in  
CHRISTO Patres & Fratres, in utraque Borus-  
sia Evangelium prædicantes, Dissertatio proponit.

---

Psalm 126. הָלוֹךְ יֵלֵךְ וּבָכָה כִּשְׂא מִשֶּׁךְ-הַזָּרַע;

Euntes ibant & flebant, portantes semen pretiosum:



*Gedanensi,*

Imprimebat, DAVID-FRIDERICUS RHETIUS. Anno 1675.

# DISSERTATIO AD FRATRES IN BORUSSIA.

Venerabiles in DOMINO PATRES & FRATRES  
Fautoresq; mei observandi,

**C**Um annis superioribus in Svecia Stockholmiæ celebri Germanorum Scholæ Rector præessem, accidit ut Magnas quidam Turca ab Imperatore Constantinopolitano Legatione apud potentissimum Sveciæ Regem, illo tempore, intra semestrem ibidem commoratus, fungeretur. Quâ Anno 1673. defunctus atq; amice dimissus, cum iter in patriam repeteret, fortè duo è ministerio ipsius, barbaræ pertæsi servitutis, Hero valere iussu, exitinere profugi Stockholmiam redière. Ubi, ut sub tutela S. R. Majestatis Sveciæ in Christianâ doctrinâ erudirentur, posteaq; in nomine S. S. Triadis baptizatis in fide Christi vivere ibidem & mori sibi liceret, supplices orabant, facileq; pietate Regia in misericordiam inclinante, voto tam sancto potiti sunt. Siquidem aliquanto post tempore alter Profelytorum, antehac Legati Mahumetani Cubicularius, sacro Baptismatis fonte, Rege, Regia Matre, & multis Sveciæ Procerum susceptoribus, accepto CAROLI nomine, publicè ac solenniter tinctus, adeoq; in gremium Ecclesiæ Christianæ cooptatus est. Alter verò nomine Alexander, conditione mancipium, &, uti agebat, Græcis natus parentibus, sed infans iisdem vi ereptus atq; Muhammedi ritu circumcisus, priore erat rudior. Cumque, præter Turciæ, nullam aliam calleret linguam, nemoq; esset, qui cum eo Turcico idiomate conferre potis esset, mihi scholæ Rectori, à Reverendo Consistorio Regio, in Religione Christiana informandus est traditus. Ego verò me linguæ Turcicæ haud usq; adeo peritum, adeoq; labori isti imparem esse conscius, Nobilem  
ac

ac perquam strenuum S.R. M. tis Sveciæ Tribunalum Dn. Gamo-  
mocky Equitem Polonum, sermonis Othomannici peri-  
tissimum, ut mihi hac in re opera sua esset auxilio, obnixè  
orabam. Cui petitioni Vir bonus cum annuisset, facilè &  
me infantem, in linguâ Turcicâ eruditorem reddidit, &  
ego postea Alexandrum Profelytum, menstruo spatio, in  
Articulis Fidei, partito in horas decem labore, eaqve,  
quam videtis, Methodo edocui. Edoctum die 31. Julii  
Anno eodem M.D.C.L.XXIII. in conclavi Consistoriali  
coram Presbyterio examinavi, atq; examinatum è vesti-  
gio, tanquam pronubus, ad Baptisma manuduxi. Ubi,  
in Ecclesiæ frequentissimæ facie, tum venerando Antistiti  
eundem interroganti, tum & Profelyto Saracenicè ipsi re-  
spondenti, Fideiq; Christianæ Confessionem edenti in-  
terpres ad populum, sacris illis cooperabam. Quo divi-  
no actu feliciter confecto, Catecheseos istius Saracenicæ  
exemplar, inter *κειμήλια* Ecclesiastica asservandum, Con-  
sistorio venerabili, ea de re appellatus, extradidi.

Nunc autem, Patres & Fratres mei in Domino Iesu  
observandi, idem vobiscum ut communicarem, gravibus  
sum adductus rationibus; spe istâ, fore, ut præsentis bel-  
li occasione, victricibus Regis Poloniæ armis, è subactâ  
Walachia & Moldavia, Turcæ lege belli capti in Polo-  
niam, Lithvaniam & Borussiam nostram deportentur:  
quibus CHRISTUS, summa iudustria, prudentia & man-  
suetudine, paucis præceptis inculcandus, adeoque ipsis  
dulce Evangelii jugum leniter imponendum est; quod  
ipsum, fuis ad Spiritum S. precibus, consilio isto institui  
dexterrimè potest.

I. Caveat Catechista Christianus, ne humanas Divo-  
rum aut Divarum statuas aut imagines pictas Sacraceno  
objiciat; abhorrent enim, & oderunt eas cane pejus &  
angve: eoque nomine nos Christianos idololatrias voci-  
tare & execrari solent. Profectò Pontificius Catechista

hac ratione tantum abest, ut in convertendo Turca quicquam proficiat, ut ille potius superstitionibus confirmatior inhæreat. Expertus id propria sum experientia, tum in conversione Alexandri mei Catechumeni Stockholmiae; tum Vilmæ in Lithuania, cum Fanum & sacra Tartarorum Turcica aliquoties aspectarem. Imaginem tamen crucifixi Salvatoris ostentare ei subinde expediet.

2. SS. Trinitatis, ceu rationi hominis animalis absurdum, Mysterium cautè, & quidem hoc ei inculcandum erit exemplo: quia in Alcorano præcipuis doctrinae capitibus istud Arabicè præmittitur votum sive auspiciam: *Bi ssem Allahe, el Rahmane, el Ruoachim*, quod Latine ita audit: in nomine DEI, & Misericordiae, & Spiritus eorum. Quasi ita tibi met ipsi aut aliis eodem idioma te vovens: *Bi ssem EL Abh, u Ben, ve Ruoach el chutz*: quod Latine ita sonat, in nomine DEI Patris, & Filii, & Spiritus Sanctitatis. Quod ubi in Alcorano suo adverterit Turca, tu ei expone, quod **ALLAHE** sit **DEUS** Pater: **RAHMANE** verò Misericordia sive amor Patris, qui sic dilexit Mundum, ut Filium suam, (misericordiam hanc suam) unigenitum daret in mortem crucis, ut, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam, Joh. 3. Et quod **RUOACHIM** sit **SPIRITUS S.** ab istis duabus personis procedens, quod ipse Alcoranus, quanquam inscius, fatetur. Quo facto, Turcæ attonito Mysterio aqua hærebit. Et tunc nihil quicquam morato ipsi palmarium illud & publicum Turcarum Symbolum, **Tantum unus est DEUS, Unus tantum est DEUS**, ipsi Spiritu ardentiore inculcandum, monendusque ita erit hospes: Nos Christiani credimus confitemur vobiscum, quod **Unus tantum sit DEUS, & non plures: & quod in hac una Deitate sit, DEUS Pater, Misericordia**  
ejus

ejus, & Spiritus utriusq;. Idem ergo & vos cum Alcorano vestro nobiscum credite & confiteamini, quanquam hoc mysterium rationi humanæ sit difficile. Quod ubi Turca acceptaverit, nullo postea negotio ipsi Mysterium Incarnationis Filii DEI persuadebitur. Cætera invocatus in auxiliū Spiritus S. Catechistæ pio ac industrio suppeditabit.

3. Quod verò attinet ad stylum Catecheseos istius Turcicæ, scire vos velim, Consortes in DOMINO beatissimi, me illam eâ Catechemeno meo conscripsisse atque tradidisse industriâ, ut tamen me vulgari Turcarum pronuntiationi accommodarem. Hinc, quia Turcæ panem scribunt etmek, sed pronuntiant ekmek; & ego vulgarem pronuntiationem, in hoc & in aliis vocabulis efferendis, secutus sū.

4. Præterea, quando quidem sacra Turcarum imò & Græcorum Christianorum, PEREGRINO, olim Turcorum mancipio, in suo libello de Ritibus & Mōribus Turcorum, nec non negotiantibus apud nos Armeniis testibus, idioma te Arabico conscripta peraguntur, sed pauci è plebe promiscua stylum hunc intelligunt, (certè meo Alexandro alienus erat) quapropter, neglecta Arabicâ, mixtam ex Hebræo, Arabico, Persico, Græco idiomatibus linguam in informando Profelyto nostro adhibui feliciter, eandemq; hic etiam expressi. Audiamus nunc adductum PEREGRINUM, hac de re dissertantem: Nota, inquit, quod per totam Syriam, & circa Hierosolyman Græci non utuntur Græcâ linguâ, sed transtulerunt totam S. Scripturam in Arabicum idioma: neque literis, quibus Græci olim utebantur, sed Arabicis characteribus utuntur: etiam Missam Arabico sermone celebrant, & omnia divina officia decantant. Quare non necessitatis, sed novitatis causâ saltem, Dominicam Orationem eodem sermone cum Latinæ lin-

gvæ

Græ interpretatione huic opusculo inferere volui,  
cujus Prolatio talis est.

ORATIO DOMINICA ARABICE.

Stylus & le  
Oratio Arabi-  
ca.

*Pater noster, qui es in caelis, Sanctum fiat*  
A B U N A elledi fi esse mavat Ichaddes  
*nomen tuum, Veniat regnum tuum Perficiatur voluntas tua*  
esmech. Tati melechatech. Techun misitech,  
*sicut fit in caelo, ita etiam in terra, Panem nostrum*  
chema fi elssema, chedalech elared. Hobzina  
*quotidianum da nobis hodie, Et remitte nobis debita nostra,*  
bijum batina jumen. Ve noghfor lena danubina,  
*sicut etiam nos remittimus factoribus nostris. Et ne ducens*  
chema ve nehen noghfor affana. Ve le tedhel-  
*nos sis in tenationem. Ideo libera nos a malo.*  
na fi el tegiarech. Lechem negina men elserir.  
Amen.

Et hic est stylus Arabicus Religioni Græcorum in Tur-  
cia sacer, in quo, paucis exceptis vocabulis, observataq;  
Arabum Dialecto, omnia fere sunt origine Hebræa, quod  
vel tiro literis Hebraicis obiter tinctus observabit.

§. Non est autem, quod quempiam styli Turcici tur-  
bet varietas. Cum enim Saraceni, non CHRISTI re-  
gnum, sed Muhammedi impostoris amplificatum velint  
in Orbe Imperium; proinde nec DOMINICAM orant O-  
rationem, adeoque nobis (ut hæc vocabula à Philoso-  
phis accipiam mutuo) una, vera & bona ejusdem Preca-  
tionis formula Turcica non est præscripta. Hinc PERE-  
GRINUS auctor cum suo hospite Saraceno hisce verbis  
orat:

BABAMOZ, hanghe guggleffon. 1. Chudus  
olffun ffenungh adun. 2, Gelffon ffenung memlech  
tur.

Hic stylus  
Turcicus  
est purior



tun. 3. Olssum ssenungh istedungh, nyde gugthe  
ule gyrde. 4. Echangu mozi hergunon vere bize  
bu gun. 5. Hem bassa bize borsligomozi. 6.  
Hem jedma bize geheneme. 7. De churtule bi-  
zy jarmazdan, Amen.

propiusq;  
ad Arabi-  
cum acce-  
dit.

6. Hæc dum depropero, fortè admodum Reverendus  
in CHRISTO fautor & frater noster, Dn. LAURENTI-  
US FISCHERUS, Pastor ad D. Annæ Polonicus, & ad S.S.  
Trinitatis Diaconus vigilantissimus, Vir pius & doctus,  
Programma quodpiam Clarissimi Johannis BOHEMI Scho-  
læ Electoralis Dresdensis Rectoris, mihi apud se in cœna hæc  
de re differenti offert, in quo ille Orationem Dominicam  
elegantè, & meâ quidem sententiâ, orthographicè satis,  
idiomate Turcico, ita reddidit.

#### VERSIO Dn. BOHEMI.

*Noster Pater noster, qui in cælis es, Sanctum  
Bisum babamus ki guglerde sen, mubarak  
tuum nomen tuum, Adveniat tuum Regnum tuum.  
Olssun senung adgung. gelsun senung memleketung.  
Fiat tua voluntas sicut in celo, sic in terra.  
Olssun senung istedung nitscheki gugde uile gerde.  
Panem nostrum omni die da nobis hoc die. Etiam re-  
Etmekumusi her gün wire bise bu gun. Hem ba-  
mitte nobis delicta nostra sicut nos etiam re-  
gischla bise bortslerumusi nitscheki bis dachi ba-  
mittimus debitoribus nostris, Etiam ne inducas nos in-  
gischleris bortslerumuse. Hem geturme bise te-  
tentationem. Libera nos à malo. Amen.  
tschrebeja. Kurtar bisi jarmazden. Amin.*

Im

In quo tamen stylo quædam vocalis U, sono Gallico pronuntianda est, ut in hac phrasi: Ma fortune me tourmente, mais la vertu me contente: perinde atq; Polonicum, y. Sic vox Bisum, lege Polonicè, Bifym, etc. Deinde Dn. BOHEMUS Pronomen personale Bisum præponit Nomini Appellativo Babamus, metu Tautologiæ concurrentis, si Pronomen hocce ordine postponeretur, Babamus bisum, quod sonat, Pater noster noster. Sed & quidam Evangelicorum, Syntaxi commodiore, ita orant Germanicè: Unser Vater; etc. Idem faciunt Sveci ac Dani orantes: Vader Voort som es i himmele.

7. Ego verò, communi Hebræorum, Græcorum, Latinorum & Germanorum Syntaxi usus, ita Dominicam Orationem exorsus eidem proposui: *Babam bysim* &c. *Vater unser*; quia secus facere per Catechumeni mei teneritudinem non licebat. Aliàs Catechesin istâ breviculam orthographiâ Turcica, eâ quidem non accuratâ, sed ad Polonicam pronunciationem accommodatâ, Turcicarum literarum rudi Catechumeno proposui; & postea in vestrum, Fratres venerandi, usum conscriptâ nunc publici vestrique juris facio. Sic profumus, etiam semidocti & infantes in Regno Christi, quantum per Dei gratiam possumus. Boni ergo, o Patres & Fratres in Domino Iesu beatissimi, hancce qualemcunq; exilii mei segetem consulite, & pro infidelium conversione, pace verò Christianorum, veris gemitibus, Filium Dei mecum invocate, me verò conservum vestrum nunc afflictum, quæ vestra est charitas, complectimini. Valet.

Regiomonti Calendis Martiis, An.  
Sal. M. DC. LXXV.

Vester

in Domino IESU conservus  
JOHANNES HERBINIUS

HORA I.

*Cur venisti tu in hanc Ecclesiam?*

Quæstio 1. Niczum gieldin sen bu Kilisah?

*Resp. Ideo quia volo ad Christum venire.*

Onunczun, ki isterem Kristusa gielma.

*Qualis antea homo fuisti?*

Q. 2. Neassyl ewel adam edin?

*Ethnicus fui.*

Resp. Dinssys edin.

*Qualis homo vis nunc fieri.*

Q. Neassyl adam isterfen schindy olma?

*Volo Christianus fieri.*

Resp. Isterem Kristian olma.

HORA II.

DE ORATIONE DOMINICA.

*Die voce clara, Pater noster.*

Pek soyla Babam bysim.

*Pater noster, qui es sedens in caelo. Tu.*

Babam bysim, chayfi otururszen giechdah. Se-

*um nomen sanctificetur. Veniat Regnum tuum.*

nin ady hachter. Gielsyn \* Istan senin.

*\* Alias*

*Tua voluntas, sicut in caelo sic in terra.*

*vulgo re-*

Senin chuway nidzia gieghtah oyle gerde.

*Paczach-*

*Da nobis hoc die panem.*

*Et remitte nobis*

*lych, vo-*

Werby sa bygin ekmek. Hem boszat bysim

*cant.*

*nostra peccata sicut nos remittimus nostris malis*

gina chтары, nidzia bis boszatiris bysim gina

B

pec-

*peccatoribus. Non inducas nos in tentationem peccati sed*  
 \* Catechu- *chlarim. Gietyrma byse \* tyczrebeja : ama*  
 meno, eni- *nos libera à malo. ita crit.*  
 am in sua  
 Vernacula, *bisny chutchar jamandam. Amen.*  
 rudiori  
 vox ista  
 explicanda  
 erat per  
 ginah  
 chlarah,  
 in mala  
 peccata.

## HORA III. IV. V.

*Dic mihi Confessionem Christianæ Fidei.*

**Q I.** Soyla bana nederbu Kristian Dini?

*Credo unum DEUM & Patrem omnipotentem*

Injanirem bir Ałaha, hem Babam bejugina

*qui creavit Mundum & cæli & terræ.*

chayfi jarati diunany hem jeri, hem giegu.

*Credo Jezum Christum Filium unicum*

Injanirem Jezusa Kristusa Ałachnen bir

*Filium nostrum DEUM. Qui conceptus est Spiritu*

Ochłuna, bisima Ałaha. Chayfi czychty Nur-

*ex Sancto : ex Maria Virgine natus passione*

dan hach : Mayram anadam dochmisz : skendzie

*à Judæis afflictus in cruce suspensus mortuus,*

Ciwutlar wermisler : chacza urmislar, olmisz,

*terra mandatus postea in infernum venit tertia*

jerachomislar : songra dzieleda gielidi : uczumci

*die resurrexit denuo in cælum ascendit. In DEI*

ginda kałkmisz : giena giechga szychty : Ałach

*loco dextro sedet in una societate Patris omnipotentis*

ilan oturur biri jerda Babam bejugina :

*deinde veniet viventes & mortuos judi-*

songra gelir szerey-ata diini hem olunu diva-

*care.*

Neder.

Cre.

CATECHETICÆ.

3

*Credo in Spiritum Sanctum: Sanctam Ecclesiam Chri-*  
Injanirem Nurah hach: Hach Kilise Kri-  
*stianam: Sanctorum communionem: peccatorum remissionem*  
stian: Hach dowa: ginach chlary boszatir  
*denuo ex mortuis resurrectionem: postea vitam*  
biza: giena olundan kalkaris: Songra dzieneta  
*aternam. Ita erit,*  
giederis, Amen.

HORA VI.

PÆDIA, seu Examen Fidei professæ, eamque  
mox consequens Baptizatio Catechumeni.

*Quot Dii sunt.*

Q. 1. Czoch Ałach wardir?

*Unus DEUS est, sed tres persone*

Resp. Bir Ałach wardir, ama ucz Sajaris,

*DEUS Pater, Filius & Spiritus S.*

Ałach Babam, Ochłun, hem Nur hach.

*Quis te creavit.*

Q. 2. Kim seni jaraty?

*Deus Pater.*

Resp. Ałach Babam.

*Quis te redemit à Satana &*

Q. 3. Kim seni chutchardy Scheitandan, hem

*ab inferno?*

dziehendemdan?

*DEI Filius Iesus Christus.*

Resp. Ałachnin Ochłun Jezus Krystus.

*Quis est Iesus Christus*

Q. 4. Kindyr Jezus Krystus?

B 2

*Sanctus*

HORA TURCICO

*Sanctus Deus & Sanctus Homo.*

Resp. Hach Alach, hem hach Adam.

*Quomodo te redemisti?*

Q. 5. Nidzia seni chutchardy?

*Mortuus crucifixus est me propter &*

Resp. Ołdu, chaczta benim uczun, hem  
*sanguinem effudit.*

chany tiekielmesz.

*Visnetu in hanc Christianam Fidem aqua*

Quæst. 6. Isterfen bu Kristian Dini suf  
*baptizari?*

alma?

*Volo & rogo hoc ipsum.*

Resp. Isterem, hem jatwarirem.

7. MINISTER,

*Jussum Profelytum in genua procumbere in facie Ecclesie baptizans, sic Saracenicè inquit:*

*Ego te aqua baptizo, DEI nominis*

Ben senin bászyna suf salyrem, Alach adi-  
*ergo, & Filii ergo, & Spiritus Sancti ergo.*  
ilan, hem Ochłun - ilan, hem Nur hach - ilan.

HORA VII.

DE SANCTIFICATIONE.

*Tu qualis nunc homo tu es?*

Q. 1. Sen nea ssyl adam sen?

*Ego sum homo Christianus.*

Resp. Ben adam Kristian.

*Quare tu es Christianus.*

Q. 2. Niczun sen Kristian?

*ideo*

CATECHETICÆ.

5

*Ideo, quod aqua in nomine*

Resp. Onun uczon sufalach ady ilan baszyna  
*lotus sum DEI Patris, & Filii, & Spiritus*  
techtular Ałach Babam, hem Ochłun, hem Nur  
*Sancti.*  
hach.

*Quis te sanctificavit?*

Q. 3. Kim seni pachetmysz?

*Altissimus Sanctus Spiritus.*

Resp. Pegamber hach NUR.

*Quis fructus tibi, quod in mala peccata lapsus es.*

Q. 4. Ne fajda sana, ki bu giuna chlary etin?

*Ira Dei, mors, & damnatio æ-*

Resp. Inszytim Ałahiej, olum, hem dzyhete de-  
*terna.*

meityn.

*Credisne quod peccata malatua DEUS tibi*

Q. 5. Injanir-sen, ki gjuna chlary Ałach sana

*remittat.*

boszaty?

*Credo verè, quoniam credo in JE-*

R. Injanirem sahy, onunczon injanirem JEZU-  
*sum CHRISTUM.*

sa KRISTUSA.

HORA VIII.

DE POENITENTIA & CONFESIONE

PECCATORUM.

*Credisne quod peccator homo es.*

Q. I. Injanir-sen, ki gjunach adamsen?

A 3

Imo

## HORÆ TURCICO

*Imò peccator homo sum.*

R. Gierczak gjunach Adamen.

*Unde hoc scis tu?*

Q. 2. Neradan bilir sen?

*Ex peccato contra DEum,*

R. Gjunach etim Alaha.

*Esne peccator dolens, quod peccasti contra DEum?*

Q. 3. Iassen chlar ołsun, ki gjunach etim Allaha?

*Ex corde sincero doleo. DEus re-*

R. jurekimdan bozoman oldum. Allach bo-  
*mitte mihi iniquo peccata.*  
szat benim gjuna chlary.

## HORA IX.

DE PRÆPARATIONE AD  
COENAM DOMINI.

*Visnetu DEI ad mensam ire?*

Q. 1. Isterfen Alachnin sufragiach gielma?

*Vola ex corde lubenti.*

Resp. Isterem jurek kimdan.

*Quid ibi comedes & bibes*

Q. 2. Ne unda jerffen, hem yczerfen?

*Ibi comedam carnem, & bibam sanguinem*

Resp. Unda jerem teni, hem yczerem chany

*JEZU CHRISTI.*

Iezus Krystus nun.

*Quid utilitatis tibi erit inde?*

Q. 3. Ne fayda sana warder undan?

*Peccatorum remissio erit mihi, postea*

Resp. Giuna chlary bozatyrbana, songra



*in caelum: veniam.*

giechga gielirem.

*Credisne tu, quod tua peccata DEus tibi*

Q. 4. Injanirsen, ki gina chlary Ałach sana  
*remittet.*

boszatyř?

*Credo verè, quia credo*

Resp. Injanirem sahy, onunczon injanirem  
*in Jesum Christum.*

Iezusa Krystusa.

*Cupisne tu tuorum peccatorum remissionem?*

Q. 5. Ister sen ginach chlary boschatir?

*Cupio ex corde, & rogo.*

Resp. Isterem jurekkimdan, hem jałwarirem.

S. ABSOLUTIONIS FORMULA.

MINISTER.

*'Ideo quòd' credis tu, quia peccasti contra, & quia*

Onunczun injanirsen, ki ginach etin, hem ki  
*credis in Jesum Christum etiamq; tua peccata*  
injanirsen Jezusa Krystusa, arty gina chlary  
*abjicis: Ego DEi servus remitto tibi*

ećman: Ben Ałachnin chułu boszatyrem sana.

*DEI nomen propter omnia peccata tua &*

Ałach ady ilan dziumble ginach chlary senin, hem

*DEi Patris & Filii & Spiritus S. Abi*

Ałach Babam, hem Ochlu, hem Nur hach. Halach

*justificatus tu, sed prepara te DEi ad Mensam*

jolwersyn sana, amed hadyrol Ałachnen sufrajach

*ire.*

gelirfin.

HO.

## HORA X.

## DE COENA DOMINI.

1. *Resp.* Hic Minister cum Profelyto in genua procumbente orabit Orationem Dominicam Turcicè ac devotè. Postea recitabit verba Institutionis, hac formula:

ALLACH bisim Iezus Krystus, &c.

*Sed, ut Minister de genuina verborum CHRISTI recitatione, adeoque de legitima Cœnæ sacræ administratione, certus sit; præstabit verba institutionis Latine aut vernacula recitare. Quare Turcicum idioma hic tacebit. Recitatus Institutionis Dominicæ verbis,*

2. In ipso S. Cœnæ actu Minister speciem utramq; devoto Profelyto distinctè porrigens, ita inquiet:

*Accipe & comede, hoc est Iesus Christi, vera caro:*  
All hem jer: bu dur Iesus Christus nun teni:  
*te reficiat usq; ad vitam æternam.*

sana jardim etfin czach olundzia.

*Accipe & bibe, hoc est Iesu Christi verus*

3. All hem ycz: budur Jesus Kristus nun  
*sanguis, te reficiat usq; ad vitam æternam.*  
chany: sana jardim etfin czach olundzia.

4. Peractâ Cœnâ Sacrà Minister denuo orabit.

*Gratias ago Iesu Christo, quod tu me ciba sti*  
Sikiur Jesusa Kristusa, ki sen beni tochetin  
*tua carne cum & sanguine cum potasti ad*  
senio teni ilan, hem chany ilan ycerdin etfin  
*vitam æternam.*  
czach olundzia.

5. Dimissio Profelyti.


*Abi pacificatus*  
Halach jolwerffyn.

00.0.00

Communio sacra.

Gratiarum actio.






Ung VI 52

ULB Halle

3

004 931 130







75 22.  
HORÆ TURCICO.  
CATECHETICÆ,

Sive

Institutio brevis Catechetica,

cujusdam Turcæ circumcisis

STOCKHOLMIÆ

verò in SVECIA,

*Anno Salutis reparatæ M. DC. LXXIII.*

*Die 31. Julii conversi,*

atque ibidem in Templo majori Svecano  
publicè & solenniter baptizati;

Catechistâ


M. JOHANNNE HERBINIO,

Scholæ Germanorum Stockholmiensis  
tum temporis Rectore.

Cujus Scripti rationes præmissa ad venerabiles in  
CHRISTO Patres & Fratres, in utraque Borus-  
sia Evangelium prædicantes, Differ-  
tatio proponit.

Psalm 126.  
עוֹנֵי וְיָלְדוּ בְּיָלֶף וּבְכֹה נִשְׂא מִשָּׁרְ-הַדָּרֶעַ

Euntes ibant & flebant, portantes semen pretiosum:



*Gedanensi,*

Imprimebat, DAVID-FRIDERICUS RHETIUS. Anno 1675.